



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

CLXXXI. Declaratio Constitutionum circa Missas in Altaribus Privilegiatis  
celebrandas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVII. Martii MDCLXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

## CLXXXI.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum declarans Constitutiones Clem. VIII., & Clem. IX. circa Missas de Feste, loco illarum de Requiem in Altaribus privilegiatis diebus impeditis celebrandas.

*Prima ex laudatis Constitutionibus edita fuit 1603. Jan. 22. P. 12. altera vero 1669. Septemb. 13. P. 3. In Conf. autem Inn. XII. ed. 1697. Decem. 23. P. 6. confirmantur Decreta Congreg. Concilii super celebratione Missarum.*

Dat. 4. Maii  
1688. An. 12.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Conf. Alex. VII. quo declaratum fuit d. Missas diebus duplicitibus in Altaribus perpetuo privilegiatis æquivalere illis Defunctionum.

Conf. Clem. IX. quo extenua fuit d. Alexandri declaratio ad Altaria ad tempus privilegiata.

Quæritur,  
an idem in-  
telligendum  
sit de diebus  
impeditis

Arias postquam fel. rec. Alexander PP. VII. prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Januarii 1663. expeditas literas dubia in diversis mundi Partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandre prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctionum in festis Ritus Duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cetera, quod Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium Defunctionum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis Ritus duplicis celebranda fuissent Missæ Defunctionum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de feste currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per hujusmodi privilegia Apostolica concessas Animabus fidelium Defunctionum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebrata fuissent Missæ Defunctionum ad formam dictorum Privilegiorum, re. me. Clemens PP. IX. pariter prædecessor noster aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri prædecessoris literarum dispositio quo ad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad qua Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur locum haberet, similiter tollere desiderans, declarationem a memorato Alexandre prædecessore, sicut præmititur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc & in futurum quandomcumque privilegiata, auctoritate Apostolica extendit; & proinde ut Missæ, quæ ibidem de feste currenti in quo Missæ Defunctionum celebrari non possent, five ex sola fidelium devotione celebranda essent, suffragarentur, ita ut Animæ Christifidelium, pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Missæ Defunctionum ad formam eorumdem privilegiorum celebrata fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulxit, & alias, prout in ipsius Clementis prædecessoris literis, etiam in forma Brevis die 23. Septembri 1669. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessorum literarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberioris continetur.

S. 1. Cum autem postmodum, sicut acceptimus novum circa præmissum excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradictæ Alexandri, & Clementis prædecessorum declarationes sibi pa-

riter locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, & infra octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque annis diebus, quibus licet a Feste Duplice non impediantur, adhuc tamen Missæ Defunctionum, juxta ritum, & morem Ecclesiarum celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iis diebus celebrare licet, servata cæteroqui dictorum privilegiorum forma, ad præfata Altaria prærogativa celebrarentur: Nofque Dubium hujusmodi Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio re mature discussa, nuper per suum Decretum die 3. Aprilis proxime præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ Defunctionum celebrari non poterunt, responderit. Hinc est, quod Nos ex commissâ Nobis calitus dispensationis munere fidelium Defunctionum Animarum in Purgatorio existentium suffragiis per amplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorum plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantia contingit attentari.

S. 3. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicae Regula de non concedendis Indulgencias ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub anno Pisc. die IV. Maii MDCLXXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

ANNO  
1688.  
quidem, sed  
non dupli-  
cibus.

Decretum  
Congrega-  
tionis affi-  
mativum.

Clausula.)

Statuitur, ut executioni mandetur alternativa in electione Commissarii Generalis Cismoniani inter Fratres Ord. S. Francisci de Observantia, & Reformatos.

Constitut. ed. 1684. Apr. 20. P. 8. agitur de Alter-  
nativa pro Provincia S. Jacobi in Hispania. Et  
Inn. XII. Conf. ed. 1692. Maij 17. P. 1. De Al-  
ternativa inter Fratres Provinciae S. Nicolai.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Dat. 3. Junii  
1688. An. 12.

Exordium.

I Nter gravissimas, multiplicesque Apostolicæ servitutis curas in eam peculiari solicitudine incumbimus, ut Christifideles sub suavi Religionis iugo Divini Numinis obsequiis manipuli per providam Superiorum electionem, illorumque circumspectum regimen, & gubernium feliciori-

bus